

ibscindit sitim, factam ex humiditatb. salsis, & con-
fert oppilationi epatis & splenis, generat & ex hu-
miditatibus. Prouocat urinam & menstrua, mun-
dat matricem à fluxu humidatum albarum, uene-
rem stimulat, & aperit oppilationes renum, uesi-
& matricis.

DE SPODIO, CAPVT LI.

SI crux emanat spodium sumptum ci-
to sanat:

Ecphrasis.

Traditur hoc loco Spodium sanare fluxum san-
guinis: habet enim uirtutem propriam confortandi
epatis. Epate autem, qui fons & origo est sanguis
nis, corroborato, melius ab eodem sanguis retine-
tur. Auicenna 2. Can. cap. 617. testatur spodium es-
se radices cannarum adustas. Dicitur enim, inquit,
quod ipsae aduruntur propter fricationem suarum
extremitatum, cum uentus eas perflat. Simon uero
Ianuensis dicit Spodium esse rem cuius origo nos-
lateat. Restamen adusta uidetur, & diuisiones can-
narum adustarum. Confert autem non modo nimio
sanguinis fluxui, uerum etiam nentris, & uomitii,
teste Rhaze 3. ad Mansorem cap. 36. Confert etiam
febris acutis, & siti, confortat cor, & confert tre-
mori eius calido, & syncopæ factæ ex effusione cho-
leræ ad stomachum, ut habet Auicen. loco citato.

K 5